Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31254
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

228

dicens. Ith sunt administratores
spe qui olim negotiati sunt circa
dni saluatoris humanitate. et se
dula discursione satagebant. ut
perficerent opus redemptionis hu
mane. et nunc impleto ministerio
suo exultant in dno iesu et in sal
uatione populi eius. Post hec cep
loqui a me pcursor dni qui no
bisci erat cum tercio hec uidere
in die natiuitatis eius dicens. Lo
menda memoriae cuncta quae iu
disti et audisti. et indica uiro qui
in hoc ipsum destinatus est tibi.
ut scribat hec quia nondum usque usta
tibi a dno ostensa sunt. Plura
autem adhuc tibi his similia reue
labuntur in tempore suo. Tunc
et ipse interpretari mihi cepit
cunctos ordines gemmarum quas
muro aureo infixas uidebam.
et cum magna diligentia docebat
me dicens. Ith sunt diuersi or
dines fidelium. qui uel dum ip
se dns saluator noster incarne
uiuere et per fidem adhesere in
uel ante aduentum eius fideliter
ipm expectauerunt. uel post
emigrationem eius ex hoc mundo
in unionem corporis eius accesse
runt et accessuri sunt usque ad se
culi consummationem. Vides lapi
des qui in altissimo ordine dispo
sita sunt igneum ruborem habe
tes et fulgorem luminis effun
dentes. apostoli xpi sunt et sancti
discipuli eius. qui summo ardo
re karitatis ipm amauerunt.
et radios illuminantis doctrine
per totum orbem terrae sparserunt.
et pretiosiores uiuentis effusio
ne sanguinis uita eorum consumma
ta est. Quos autem in secundo ordine
uides rubeos quidem sed minus
radiosos. sancti martires sunt qui
predicandi in ecclesia officium non
erat commissum. sed innumeris atri
ti passionibus per exempla patien
tiae sancte et multas in xpo animas
firmauerunt. Et demonstrans
eos qui saphirini coloris erant
et similium sereno celo micabat. Hi
sunt sancti patriarchae et prophe
tae in dei quibus familiariter lo
cutus est dominus sub priore te
stamento. et secreta sua celestia eis
copiose reuelauit. et ambulaue
runt coram ipso corde perfecto.
tanto amplius ad patria celestem
suspirantes. quanto ea per spm
sanctum plenius intuebantur.
Eos quoque qui his similes erant
sed aliquanto lucidiores et lineis
albis descripta aspiciens dixit.
Hi sunt sancti pontifices noui
testamenti magnique confessores.
animo et uita sunt ipsi celestes.
sed doctrina eorum lucida magis qua
precedentium prophetarum. Inscriptiones
uero linearum quibus loca distin
cta sunt. designant uaria scripta
eorum quibus eruditebant populum
dei. et diuersis libris ecclesiam
dei repleuerunt. Sub his ordina
ti ut dictum est iocunda uiridi
tate gratiosi erant ad uidendum.